

4288.

1348 Febr. 28.

Öja Tyrbjörnsdotter säljer till riddaren Lidinvarð Haraldsson sin qvarn i Ryniande (Rönjane) för 130 mark penningar och qvitterar denna summa.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presentes litteras inspecturis Øya Thyrbjornadotter salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi me vendidisse nobili militi domino Lidhinwardo Haralzson molendinum meum in Ryniande cum adiacente sibi fundo pro cxxx marchis denariorum et secundum leges terre totaliter dimisisse. Quapropter per presentes recognosco, quod eosdem denarios integraliter leuauerim ad placitum et commodum meum, ita quod ipsum et heredes suos ex parte mea et heredum meorum ab omni eorundem inpeticione dimitto liberum, quitum et penitus absolutum. In cuius testimonium sigilla discretorum Magni Lafrinzson, domini Johannis, curati in Skærdhestadhū, et domini Johannis, curati [i]n Ølmstadhū, quia proprium non habeo, peto presentibus coapponi. Scriptum anno Domini m^occc^oxl^oviii^o v:a feria proxima post Mathie apostoli.

Sigillen: n. 1 skadadt i kanten (klufven sköld, t. h. en half stjerna, t. v. vinge); n. 2 och 3 borta

4289.

1348 Mars 1.

Åtved.

Öndo i Östantorp säljer till Geniut, kanik i Linköping, en utgårdes-mark, kallad Vestanvad, hvars gränser bestämmas.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presentes litteras visuris vel auditoris Öndo de Østræthorp parrochie Athuide salutem in Domino sempiternam. Notum facio per presentes me honorabili viro domino Giniuto, canonico ecclesie Lincopensis, pro auumentacione et commodo bonorum suorum prebendalium, in Athuide sitorum, de partibus et possessionibus meis in campis quibusdam seu siluis, Vestrauadha dictis, vnam hastam pro justo precio et numerata pecunia secundum justas et legitimas sollempnitates, dictas fæstu, in presencia virorum discretorum, videlicet domini Johannis, curati ecclesie Athuide, et multorum eiusdem ecclesie parriariorum [o: parrochianorum] vendidisse et penitus dimisisse. In dictum igitur dominum Geniutum et successores suos in eadem prebenda transfero plenum jus et possessionis dominium dictam hastam terre nomine eiusdem prebende in perpetuum possidendi, ablata mihi et heredibus meis omni facultate et legum adiutorio dictam terre hastam in posterum reuocandi seu quomodolibet inpetendi. Predictam vero hastam terre sub hiis limitibus seu metis esse declaro: primo de quadam petra, dicta gatuhel, sita juxta pratum prebende in Athuide, extra septa tamen prati, in quandam viam in paruo quodam prato jacentem, Bjornsthorpa kirkiovegh dictam, demum in staghnum Biedh et postea in confinia villarum Nes et Østrathorp semper extra septa agrorum et non intra, wlgariter dicto wthgerdis ok æi ingerdis. In cuius